



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

40. Nocturnum Christi cum Nicodemo colloquium.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

MEDITATIO XL,

*Nocturnum Christi cum Nicodemo
colloquium.*

I. **E**Rat homo ex Pharisæis, Nicodemus nomine, princeps Iudæorum. Hic venit ad IESUM nocte, & dixit ei: Rabbi, scimus quia à Deo venisti magister: nemo enim potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit Deus eum eo. *Ioan. 3. v. 1. § 2.*

II. Respondit Iesus, & dixit ei: Amen, amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei. Dicit ad eum Nicodemus: Quomodo potest homo nasci, cum sit senex? numquid potest in ventrem matris suæ iteratò introire, & renasci? *Ioan. 3. v. 3. § 4.*

III. Respondit Iesus: Amen, amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Quod natum est ex carne, caro est: & quod natum est ex spiritu, spiritus est. Non mireris, quia dixi tibi: Oportet vos nasci denuo. Spiritus, ubi vult, spirat: & vocem ejus audis, sed nescis, unde veniat, aut quò vadat: sic est omnis, qui natus est ex spiritu. *Ioan. 3. v. 5. 6. 7. 8.*

B S

M E.